Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35162
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



valde crustare vel crustas
auferre ita dicit hugo Item
Crustula dicitur panis oleo
consparsus in medio cavus
et tortus
Cubicularius dicitur fami-
liarius et secretarius
vel custos cubilis
Cubitus ti est quedam pars brachii
unde ille iacet super cubitum
Item cubitus est mensura quedam
que usualiter constat ex pede
et dimidio cubitus / autem
geometricus constat ex sex
pedibus sive novem
Cucuma me est vas ad
calefaciendum aquam ex ere
Cucumer eris et cucumis
eris mensura corrupta est species me-
lonis fructus frigidus
Cucumerarium rii dicitur
locus ubi crescunt cucumeres
vel ubi reponuntur
Cudo dis si dere cusum dicitur
facere fabricare polire fe-
rire ~~sculpere~~ sculpere componere
Culcio onis i agricultura
Culex cis parvum animal volatile

aculeis per molestum mukkin
Culina i coquina mensa predicta
Culmen mis i sumitas vel
altitudo
Culmus mi est calamus spice
qui a radicis nascitur si aliquis
invenitur pro ipso folliculo
cum spica exit / quandoque pro
spica ita dicit hugo
Culmineus ea eum de culmine
Cultri tri vel cultrum tri
idem est quod cultellus
~~Cun~~ Cunctacio onis dicitur
mora vel dubitacio et
dicitur a cunctor aris quod est
morari et dubitare et hec
cuncta te i mora et dicitur
cunctor pro ut hic accipitur
per v si contor aris pro
inquirere scribitur per o unde
multi errant in scribendo
Cuneus ei sic dicit papias
est collecta in unum militum
multitudo Item cuneus dicitur instru-
mentum ligneum in parte
anteriori acutum vel atte-
nuatum ad scindendum
ligna et ad firmandum
clavum